

testantur sub nomine apostolorum perfidie conatus sunt inducere
 secum. Denique nonnulli thome alii bartholomei quidam matthei
 Aliqui etiam xii apostolorum titulo reperiuntur. falsa sua scripta
 praenotasse sed & basilides & appeller. Quorum unus trecentos
 sexaginta quinq; caelos. Alter duos inuicem contrarios deos
 inter alia nefanda dogmata abant euangelia sui nominis errore
 feda reliquisse. Interq; notandum qd dicitur euangelium
 iuxta hebreos non inter apocryphas sed inter ecclesiasticas nu
 merandum historias. Nam & ipsi sacre scripture inter p̄t̄ hieron
 mo pleraque ex eo testimonia usurpare. & ipsum in latinum
 grecumq; cum est transferre sermonem. falsauerunt euangelia
 lucas prima mox p̄fatione refellit. Qm̄ quidem inquit multi
 conatus sunt ordinare narrationem. Multos uidelicet eos non tam
 multo merito sitate quam heresaeos. Multi sane diuersitate com
 mendant. Quinon sp̄s sc̄i munere donati. sed uacuo labore cona
 ti magis ordinant narrationem. quam istorum texerunt.
 ueritatem. ideo que alius componendum opus in quo frustra suda
 uore relinquerunt. illis nimirum quicum sint quattuor non
 tam quattuor euangelia. quam unum quattuor librorum
 ueritate pulcherrima. consonum ediderunt. Ediderunt eni
 sicut tradiderunt illis qui ab initio ipsi uiderunt & ministri fuerunt
 sermonis. quae sententia non solum lucas & marcus qui p̄sentem in
 carne dñm non uiderant. atque ideo quae scriberent audientis
 esse debebant. Verum matheus quoq; & iohannes apostoli sunt
 designati. & ipsi enim in multis quae scriberent ab his qui infantia.
 pueritiam genologiam que eius scire & gestis interesse potue
 runt audire opus abebant. Quod autem uisum etiam sibi scribe
 re dicit. non quasi a se sibi uisum. sed sp̄s sc̄o instigante sibi quoq;
 uisum significat. iuxta q̄m̄ in epistola sua dicunt apostoli uisum est
 enim sp̄s sc̄o & nobis. cuius gratia gratia geritur.

